



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

20. De inscriptione temporum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

cipum ita emanavit auctoritas, ut ultra triginta annos nulli liceat pro id appellare quod legum tempus excludit.

De rebus per triginta annos possessis. *Ex Capitulis Ludovici Imperatoris tit. VII.*

XIX. Ut de rebus Ecclesiarum quæ ab eis per triginta annorum spatium sine ulla interpellatione possessæ sunt testimonia non recipiantur; sed eo modo contineantur sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent.

Addit. IV.
c. 34.
Burchard. lib.
3. c. 150.

De inscriptione temporum. *Ex eodem, capite IX.*

XX. Si quis terram ab altero dixerit violenter sibi esse sublatam, & convicerit prius quam triginta annorum compleatur numerus & rem constiterit occupatam, & requirere poterit, repetentis partibus reformetur. Ceterum si impletis triginta annis terra à quocunque pervasa fuisse dicatur, & non fuerit antè repetita, nihil sibi reddendum esse cognoscat.

Lex Burgundæ
tit. 79. c. 2. 3.

Item de eadem re. *Ibidem.*

XXI. Et quia omnia ad quietem omnium pertinentia ex lege convenit provideri, quas omnino causas de quibuscunque rebus quæ intra triginta annos non fuerint definitæ, nullo eas postmodum licebit ordine commoveri: quia satis unicuique ad requirendum & recipiendum quod ei debitum fuerit superscriptus annorum numerus constat posse sufficere.

Ibid. c. 5.